

26
2. B. V. D. 26 No 11.

DISSERTATIONEM

De

CRITERIO
VERITATIS,

Ex indultu

Ampl. Collegii Philosoph. Aboensis

PRÆSIDE

HENRICO HASSEL

Eloquentiæ profess. Reg. & Ord.

Ventilandam sistet.

JOHANNES BERGSTEDT

Vex. Smolandus.

In Aud. Majori ad d. XVIII. Junii
Anno MDCCXXXVI.

ABOÆ, Exc. Joh. Kiämpe, R. Ac. Typ.

Stæ Ræ Mitis
Magnæ Fidei VIRO

Reverendissimo in Christo Patri
ac DOMINO

GUSTAVO ADOLPH.
HUMBRE,

S. Theologiæ DOCTORI consum-
matissimo, inclitæ Dioeceseos Vexio-
nensis EPISCOPO Eminentissimo,
Synedrîi Ecclesiastici PRÆSIDI Gra-
vissimo, Gymnasiorum & Scholarum
per Diœcesin EPHORO adcura-
tissimo.

MÆCENATI MAXIMO,

Longe lateque per universum orbem li-
teratum decantatus favor Tuus
in singulos Musarum alumnos id effecit,
ut etiam ego, quem fata eorum numero
adscriptum voluere, eundem venerabundus
ambire hac occasione sustinuerim, illa ma-
tætas spe, me repulsam non esse laturum.

Pro-

Prodit jam in lucem præsens dissertatiun-
cula omni suo ipsius nitore destituta; qua-
re splendorem ex celebratissimo Tuo Nomi-
ne fœnerari desiderat. Ignosce Reveren-
dissime Præsul, quod eo audacia proceffe-
rit tenuitas mea, ut eam Reverendissimo
Nomini Tuo inscribere non dubitaverit;
aspice serena fronte hoc submissa vene-
rationis signum, & patere Auctorem cli-
entum Tuorum in numero aliquem obtinere
locum. Cujus voti si compos fuero, Deum
T. O. M. calidis fatigare precibus nunquam
desistam, velit Reverendissimam Tuam
dignitatem omni benedictionis genere bea-
re, atque in Nestoream usque senectam,
salvam, sospitem ac incolumem præstare.

Evo quoad vixero

Reverendissimi Nominis Tui.

Humillimus cultor
Joh. Bergstedt.

Till Capitainen af Ubo Låhns
Infanterie Regemente
Den Adle och Wålborne Herren
Herr CARL EDVARD FOCK,
Samt
Cornetten af Udelsfanan
Den Adle och Wålborne Herren
Herr MAXIMILIAN CARPLAN,
Mina Höggunstige Gynnare.

När Martis bukar, som sin tappra häm-
der röra
Till hela landets hägn, naturen lämnat
har
I Hieltekroppen mig en själ som dygd mond
föra,
Wist älska alla dem, wist wördardem en
hwar.

Hwi skulle då ett jag, som under all den
lefnad
I Finland jag tilbracht, städs märckt en
ädel själ
Med dygdens alster skön förknippad äga
trefnad
I wiga kroppar Ehr, min wördnad min-
nas wäl?

Jo, har jag ymnog frucht af Eder, H^{er}
rar, funnit,
Som wisat sig mot mig i godhet mar-
gefalt;
Så lär hwar wälbetänkt med rätta gie
mig wunnit
Min wördnad kryddas får med tackfams-
hetens salt.

Till prof hwar af jag nu här skyldigt lägs
ger neder
Mitt lilla pappers wärck: derjämte lof-
war ut,
Att städsse wörda all Ehr gunst. Men sidst
jag beder
Ehr mina Gynnare Gud signe till Ehrs
slut!

Mina Höggunstige Gynnares

Ödmjukaste Tjenare
JOHAN M. BERGSTEDT.

Handelsmannen uti Åbo,
Åhreborne och Högwälsachtad
Herr CARL. MAG. SIERCKEN,

Min Högtråde Wälgynnare.


Om jorden aldrig mände bära
Nån tungre börda på sin kropp,
An en, som tacksam ett wil lära
Wälgjerningar at taga opp.

Och jag den godhet nogsam minnes
Herr Handelsmannen mig betedt,
Ett hela år som jämt skall finnas
Af mig beprifad widt och bredt;
Så lär han illa ett upptaga,
Om, enligt min skyldighet,
Hörsammast jag nu giet å daga
Min inre plicht til tacksamhet.

Ett när förmågan min ett finner,
I märket wisa plichten sin,
Så är ju rätt, at själen brinner,
Af tacksamhet i kroppen min.
Haf tusend tack för godhet Eder,
Som mig är wisad margelund;
Lef säll och nåder uti heder,
Ett döden hyddan slår till grund.

Åhreborne och Högwälsachtade Herr
Handelsmannens.

Hörsamste Dienare.
IOHAN: M: BERGSTEDT.



§. I.

DE criterio veritatis non-
nulla speciminis loco
in medium prolaturi,
primum aperiemus, quid per
veritatem, quid per ejus cri-
terium designatum velimus.
Ut de veritate Metaphysica &
Moralis nobis iam agere pro-
positum non est; ita nec il-
las definire necessarium vide-
tur. Logica veritas ad no-
strum institutum spectat; er-
go hanc ejus definitionem ad-
hibe-

A

2
hibemus; *Veritas est consensus* *judicii nostri cum re representata.* sic vere cognoscimus, bis duo esse quatuor, quia revera sic est, & contrarium ejus implicat contradictionem. Sic vere asserimus, triangulum habere tria latera & tres angulos, siquidem hoc ad essentiam ejus pertinet. Sic vere affirmamus dari solem, stellas, planetas, terram & alia corpora, quandoquidem ista non finguntur, sed omnino existunt.

Criterium veritatis nobis est illud ipsum, unde judicari potest, an judicium nostrum sit verum vel falsum. Alii in sensu metaphorico id regulam &

3
& amissum dixerunt, quia ut quantitates ad regulas ac amissiles exiguntur; ita judicium nostra ad ejusmodi criteria examinari debent. Horum vero exempla proferre non licet, antequam exploratum fuerit, quænam sint criteria veritatis.

§. II.

Non audiendi sunt, qui veritatem nullam dari, & per consequens nec ullum ejus criterium inveniri, garrunt, quales & olim & nostra quoque ætate non pauci existiterunt. Horum enim plures serio non egerunt; sed ingenii solum ostentandi causa talia protulerunt paradoxa, ut

A 2

aliis

4
aliis persuaderent, se tantis
viribus instructos esse, quan-
tæ ad fortissima rationis & ex-
perientia munimenta expu-
gnandum sufficerent. Quod si
quis vere ita senserit, hunc
adeo manifeste stultum fuisse
in aprico est positum, ut
commiseratione potius, quam
refutatione sit dignus. Quid
enim statuendum est de illo,
qui omnem veritatem Ontolo-
gicam & Mathematicam in-
dubium vocaverit, & ipsam
damnaverit experientiam? at-
que cum pertinaces ejuscemo-
di homunculi prima principia
rideant; omnis contra illos
frustranea est disputatio.

§. III.

5
§. III.

PRæsupposito igitur verita-
tem dari, ut propius ad
institutum veniamus, nonnul-
las de criterio ejusdem Philo-
sophorum sententias produce-
mus. Epicurei docebant veri-
tatis criteria primum ex sensu
esse accipienda; quia om-
nes res naturales illo perci-
piuntur. Quod ad ipsum at-
tinet sensum, aliud veritatis
criterium inde sumi non pos-
se dicebant, quam ipsam e-
jus functionem seu sensationem,
quippe quum ex opinione illo-
rum nullum veritatis criterium
sensibus desit. Mens autem,
cum præter functionem, quam
habet, dum rem quasi præ-
sens;

sentem & adparentem contu-
 etur, exerceat etiam aliam, ni-
 mirum quod ratiocinetur; in-
 gitur ipsi fuit necessum, ut
 haberet prænotionem quan-
 dam, seu notionem anticipa-
 tam, ad quam respiciendo,
 quidpiam inferret. Hinc duo
 ipsis fuerunt veritatis criteria,
sensus nimirum & *prænotio* si-
 ve *anticipatio*. Primo horum
 criteriorum nimirum sensui
 tantam habebant fidem, ut ad
 certitudinem illius sine pericu-
 lo semper & ubique provocari
 verint. Nefas enim prorsus
 erat de veritate inde sumpta
 dubitare. Nam si omnem
 sensum falli quis adserere vel-
 let, omne ipsi deesset crite-
 rium

rium, cuius ope veritatem
 dijudicare posset. Sin vero
 hoc de aliquo tantummodo
 sensu negaret, perplexa se mox
 intricaret disputatione; cum
 ipsi incumberet probandum,
 quis, quomodo aut quando
 fallatur, aut non fallatur sen-
 sus; adeo ut, cum contro-
 versia ejusmodi dirimi non
 possit, necesse foret, omne
 criterium sensibus excidisse. As-
 seriebant etiam quod sublata
 sensuum certitudine, omnis co-
 gnitio & scientia tolleretur, i-
 mo etiam omnis vitæ agendæ
 & rerum gerendarum ratio.
 Denique existimabant verita-
 tem sensuum vel inde patere,
 quod eorum functiones re i-
 psa

8
pla existerent, utpote videre,
audire &c. atque nullum esse
discrimen inter *verum esse* &
existere; cum illud ipsum,
quod existeret necessario et-
iam esset verum. Unde il-
lam opinionem verissimam es-
se agebant Epicurei, cui sen-
suum evidentia suffragaretur;
contra, falsam, cui eadem re-
fragaretur. Secundum verita-
tis criterium sive *anticipatio-
nem* omnem, quantacunque in-
mente esset, a sensibus pen-
dere, idque vel per *incurso-
nem* seu *incidentiam*, ut ho-
mo coram spectatus; vel per
proportionem, dum eundem
sibi quis amplificaverit in mo-
dum gigantis, vel extenu-

aver

9
verit in modum pygmæi; vel
per *similitudinem*, ut, dum ci-
vitatem non visam, instar vi-
sæ, quis sibi imaginatur; vel
denique per *compositionem*, dum
plures distinctas notiones quis
conjungit, ut hominis & bovis,
adeoque inde fit Centaurus.
Hæc prænotio seu præcogni-
tio ab illis omnis ratiocinati-
onis principium & fundamen-
tum statuebatur. Nam quod
inevidens esset ex rei eviden-
tis prænotione deberet de-
monstrari. Quibus album et-
iam sine hæsitacione Peripa-
tetici addebant calculum.

§. IV.

AT his prorsus contrariam
Cartesiani fovent senten-
tiam

tiam, omnem omnino sensibus derogantes fidem, adeo ut sensum veritatis regulam esse penitus negaverint. Omnis enim inquit regula debet esse certa & generalis. *Certa*, certum quippe ex incerto haud nascitur. Sic nemo prudens fidem ei in posterum habebit regulæ, ex qua semel fuit deceptus. *Generalis*, in relatione ad ea, quæ secundum hanc regulam metiri decrevimus. Quod vero sensus talis regula esse non possit, probatum eunt: quia sæpissime fallit, nimirum dum solem duntaxat bipedalem, stellas immotas & alia id genus plura nobis exhibet. Neque gener-

ralis; quia multa sunt sensibus vix pervia, quemadmodum spiritus omnes & modi, quibus mentes adficiuntur, quæ in sensus externos non incurrunt, sed intellectu duntaxat percipiuntur. Ex quibus concludunt certitudinem ac evidentiam sensus non esse criterium veritatis. Igitur aliud exhibent nimirum *perceptionem mentis claram atque distinctam*, quam ita probant: Potest quidem esse vera, ajunt, cum nulla sit falsitas cognitionis, ubi non datur obscuritas, nec obscuritas, ubi non ignorantia. Certa, nam alia de causa certus non sum, me existere, etiam-

si dubitem vel fallar, quam quia
a certum est, nunquam fieri
posse, ut cognitio clara & distincta
sit falsa. Constat enim quod clare &
distincte percipitur, cum, qui dubitat
aut fallitur, adeoque cogitat, existere.
Denique est etiam certitudinis, veritatisque
& quarundam aliarum cognitionum
argumentum clara & distincta perceptio,
quia adhibetur etiam ad probanda ipsa
axiomata generalia.

§. V.

AD sententiam Cartesianorum
de criterio veritatis constituendo
proxime accedit Nob. D. Ehrenfried Valter von
Tschirnhausen in Medicinamen

mentis part. II. Sect. I. statuens,
distinctum alicujus rei conceptum
illud omnino esse. Atque ut tota res
eo evaderet illustrior, exemplis eandem
probare satagit; quæ a baculo petit,
cujus pars avulsa minor certo certius
concepitur, quam integer; & a circulo
in quo omnes radios certissime concipimus
esse æquales. Quid enim quis ita concipit,
ut veram non tantum ipsemet habeat
ejus rei ideam, sed etiam solis verbis
alii ejus rei antea prorsus ignaro
eam excitare valeat, is tuto confidere
potest, se rem illam vere concepisse,
atque genuinum veritatis criterium
inve

invenisse, eundemq; conceptum satis idoneum esse ad alias veritates inde eliciendum. Nam si primum posset concipi, posset etiam secundum & tertium & deinceps; e contrario si primum non concipiatur, nec secundum, nec tertium. Atque hic processus in concipiendo sine ullo periculo tuto peragi contendit. Proinde affirmare & negare nihil aliud esse, quam voces externas, indicantes nos in mente quidquam posse vel non posse concipere. Atque nullam aliam differentiam dari inter *ens* & *non ens*, quam inter *possibile* & *impossibile*, seu inter id quod *concipi*, vel non *con-*
cipi

cipi potest. Eandem quoque rationem esse axiomatum vulgarium: *Ex nihilo nihil fit. Non entis nulla sunt proprietates.* Perindeque esse ac si dicerem, ex eo, quod non concipitur, nequit aliud, quod concipitur, deduci. Hinc omne veritatis criterium in conceptu rerum claro atque distincto consistere concludit. Igitur multus est in eo, ut ostendat genuinum discrimen inter facultatem concipientem & percipientem, seu intellectum & imaginationem. Prioris ope concipimus ideas objectorum, aliis nudis tantum verbis perfecte communicabiles; per posteriorem autem ope
sen-

sensuum percipimus externa,
sive, grata sint, sive ingrata. At
que sic Regulam Sect. Ultr. p.
46. proponit, ad quam quis ex-
aminare potest, num rem
revera concipiat, an ean-
dem sibi tantum imagine-
tur. Vide hac de re plura
in medicina mentis part. II.
Sect. I. pag. 34. & seq. Plu-
res opiniones recensere non
videtur necessarium. Nam,
qui in extrema abierunt, omnes
aut sensui aut rationi nimium
tribuerunt.

§. VI.

EXpensis itaque hisce de
criterio hoc constituendo
variorum sententiis, ad ean-
dem pro modulo ingenii exa-
mi-

minandas porro properamus.
Quod ad primam attinet, ea
tanto minus nobis aridere po-
test, quanto majorem Epicu-
rei & Peripatetici sensibus nu-
dis addunt fidem; quippe
quos, licet in omnibus non
decipiant, in multis tamen
fallere experientia doceat quo-
tidiana, quod etiam multis
comprobari potest exemplis.
Igitur si remota ratione noti-
tia nudis sensibus acquisita ad-
quiescere velimus, admodum
certe vacillans esset in multis
cognitio humana. Notitia
enim, quæ solo sensu duce ad-
quiritur, tantummodo est con-
fusa, & iudicium intuitivum
in multis errat. Nam licet
quis

quis omne adhiberet studium, circumstantiis circa quædam objecta expendendis; oleum tamen & operam perderet, quia vix ac ne vix quidem tali sensui sunt peruestigabiles. Exemplo nobis sint colores, quos clare satis a nobis percipi constat; notionem tamen eorum in physicis multa involvere, quæ nunquam attingit sensus, extra dubium est; licet eos accurate distinguere nobis non sit impossibile. Dantur etenim quædam in illis, adeo minuta, ut exquisitissimo microscopio observari atque detegi non possint. Quem incensum veniunt etiam ceteræ qualitates sensibiles saltem pleræque,

æque, si non omnes. Proinde celeberr. Volf, in Log. part. II. Cap. II. §. 688. *Quod si, inquit, in re clare percepta non nisi talia contineantur, quæ solo sensu distinguere in potestate hominis minime positum; notionem sensu duce non licet consequi nisi confusam.* Hisce accedit quoque quod plurima objecta sensui humano aliter obijciantur, quam re ipsa sunt. Sic sol supra horizontem adparet instar disci plani. Qui vero eum hac gaudere figura judicat valde errat. Nam vel ex maculis in sole dudum est observatum, quod sphericam habeat figuram. Unde constat quan-

quanta & qualis fides sensibus
solis sit habenda. Quod au-
tem Epicureorum concernit
prænotionem, seu notionem
anticipatam, cujus ope mens
nostra, aliis intenta functioni-
bus, veritatem investigat, &
ad quam ceu criterium ean-
dem examinat; cum etiam
ea originem debeat sensibus,
hinc ejusdem fere certitudinis
eamdem cum priori esse jure
existimamus. Nec Cartesiani
nobis placent, qui omnem o-
mnino sensibus derogant fi-
dem. Si enim sensibus omnem
detrahamus fidem, certe omnis
notitia objectorum, quæ per
sensus est haurienda, fallit, quod
quidem absurdum. Nam no-
yimus

vimus experientiam sensualem
tantæ esse interdum necessitas,
ut sine hac in multis ve-
ritas investigari non possit. Li-
cet cognitio quorundam ob-
jectorum ita se habeat, ut o-
mnino sensibus non pateat,
quemadmodum ex anteceden-
tibus constat; non tamen in-
de sequitur, quod circa ve-
rum inquirendum illorum
nullus prorsus sit usus. *Ischirn-
hausii* doctrina imperfectionis
merito arguitur, quia nullam
conceptibilitatis & inconcepti-
bilitatis definitionem dedit, sed
in exemplis duntaxat adque-
vit. Et, quod veritatem tum
nobis optime perspectam ex
mente *Ischirnhausii* habeamus,
ubi

ubi cogitationes nostras cum aliis ita communicare possumus, gratis asseritur: quia dantur idæ deceptrices cum aliis juxta communicabiles, ut alter perinde ac nos sibi videatur veram rei ideam habere, cum tamen falsissima sit. Et docet experientia omnium temporum tantum non infinitos errores cum aliis communicatos fuisse.

§. VII.

Restat jam, ut nostram de criterio veritatis sententiam dicamus. Quod attingit veritates abstractas *c. g.* Ontologicas & Mathematicas ideo illas admittimus, quia ratio non potest non easdem per-

perspicere. Unde novimus, quod impossibile sit idem esse & non esse, nisi quia hoc clare atque distincte percipimus, ejusque contrarium imperceptibile est? Unde constat bis duo esse quatuor, & triangulum habere tres angulos, nisi quia sic & non aliter concipimus? Idem de conclusionibus ex primis veritatibus per longam ratiociniorum seriem deductis valet; siquidem a veritate principiorum suam certitudinem mutantur, & in singulis conclusionibus eadem evidentia animadvertitur. Quod vero spectat cognitionem existentium, illa certitudinem suam confirmatura ad observationem

variationem & experientiam provocat. Immo impossibile est, quæ re vera existunt, sine fundamento experientiae cognoscere. Patet hoc ex inductione; neque pro parte contraria, ullum exemplum monstrabitur. Quod Astronomi observationibus, & Physici experimentis sua stabiliant, norunt omnes. De scientia medica idem constat. Neque negotia humana aliter quam per experientiam explorantur. Scientiam Politicam ab experientia natam esse, ejusque praxin experientiam præsupponere, adeo etiam est perspectum, ut probatione non egeat. Plura congerere super-

vacaneum ducimus. Ubi autem observationum & experientiae mentionem facimus, non excludimus rationem. Hæc enim observata examinare & experientiam regere debet. Sic Astronomi & Physici suas partes explere nequeunt, nisi Mathematicos puræ scientia sint instructi. Neque ex historiae lectione & variorum in vita humana casuum observatione ad prudentiam proficit, nisi qui iudicio practico gaudet, rerumque causas rimari valet. Addimus experientiam haud raro confirmare, quod ratio a priori invenit. Sic calculum astronomicum phaenomena confirmant. Sic veritatem

inveni mechanici opus ipsum
 confectum probat. Ex hisce
 itaque sequitur, rationem &
 experientiam esse fontes o-
 mnis veritatis. Unde autem
 veritas ac certitudo primum
 enascitur, hinc etiam omnis
 quæstio de vero & falso, cer-
 to & incerto, dijudicanda ve-
 nit. Ergo etiam ratio & ex-
 perientia sunt criteria veritatis.
 Sed dicat aliquis: unde mi-
 hi constabit de certitudine
 rationis & experientie? Et
 jussmodi criterium quæro, un-
 de convincar firma esse rati-
 onis & experientie dictata.
 Diximus jam modo experien-
 tiam subjectam esse debere
 rationi; & sensuum errores a

ra-

ratione corrigendos esse, o-
 mnes largiuntur, quod & fie-
 ri posse ipsa experientia docet.
 Verum si statuimus in nobis
 aliud principium ratione supe-
 rius, a quo ipsa ratio exami-
 nabitur, quale hoc erit? Ra-
 tionale ne an irrationale? U-
 tique rationale, adeoque res
 eodem recideret, & ratio ni-
 hilominus supremus veritatis ju-
 dex maneret. Atque omnes
 regulæ, ad quas in ratioci-
 nando respicimus, nullius fo-
 rent pretii, nisi ratio earum
 veritatem primum adgnosce-
 ret. Fatemur argumentum
 hoc præstantissimum copiosius
 pertractari potuisse, imò forte
 debuisse; sed temporis & fa-
 cultatum rationem habentes
 imponimus finem.

Til Herr Respondenten.

J sanning, som wårt inre lius
Otwungit älskar i sitt huus,
Ha'n J min Bror hålft welat söka,
At wisa Ederet mogna wett,
När wittra ämnet medel sedt
Naturligen des grund föröka.
En ogemener konst wist är,
Se sant och osant, at man lär
Med wett dem bägge så uhrslika,
At sanning uti gyldne pracht
Går fram och dödar lögnens macht,
När andra os bedraga wilja
J ha'n min Bror med digert wett
Behiertat, at försarenhet
Ett sundt förnuft anledning gifwer,
Rätt sluta om alt hwad som rörs,
Gie redigt swar på det som hörs,
Så sanning i sin prydnat blifwer.
Th hoppas jag Ehr sligt blir lönt,
Ehr nit med ähta Lager krönt
Af allom, som des pracht wårdera.
Dernäst jag ber sielf hennes Far
Tildela Eder år och dar,
Och hwad Ehr wålgång kan förmera.

Öniskas af
PET. RINGH.

Wexionensf.